Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



A3

omni autem eis extendebant. Nolentes accipere quam dederat pensionem. Respondens autem monachus dixit eis. Si noluerunt accipere pensionem meam decreui ut in reuertar in heremum. si hic ipsemet permaneo. et seruio uobis. Hec autem audientes dni eius adquieuerunt suscipere pensionem ne contristaretur. si magis ut reuertetur ad loca heremi ad cellulam suam. Illud autem quod de pensione sua et iam nolentibus dabat dnis suis. statim quod accipiebant pauperibus erogabant. Interrogantes autem eundem seniorem fres. dixerunt ei. Obsecrimus pater ut dicas nobis. cur tanta intentione pseruitio tuo pensionem et iam nolentibus. et nimis resistentibus tibi dnis ingessisti. Ad hec respondens senior dixit. Ego fres idcirco festino pseruitio quod tantam dnis meis debeo pensionem per singulos annos adimplere eis. ut quemquam iam cum adiutorio dni in orationibus. et in iunis. seu in sceis uigiliis. Cum omni ope spiritali xpo dno adiuuante laborauero. hoc mihi iuuat etiam et saluti animae meae proficiat. ne forsitan si pensionem pseruitio meo minime intulero. iam tot spiritalis labor meus ad illorum mercedem proficiat qui me permiserunt xpo dno deseruire. et spiritaliter eis seruire.

Erant duo fres secundum carnem quidem germani. ueritatem utrique in spiritali proposito monachi existentes. insidiabatque eis maligni diabolus. ut quomodo eumque eos separet abiuicem. Quadam quidem die aduespera secundum consuetudinem ille iunior fr accendens lucernam. posuit super candelabrum. facientem autem malicia demonum ruit candelabrum. et extincta est lucerna. Per hanc autem occasionem insidiabatur maligni diabolus. ut eos illinc incenderet.